Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67086-p0001-4

DECANUS COMMUNITATIS STUDII BONARUM ARTIUM IN ACADEMIA LIPSIENSI.

INter alias peſtes ſtudiorum ac remoras exitioſas, quarum hoc ſanè ſeculum feraciſſimum eſt, non poſtrema aut minima
judicari debet, contemtus doctrinæ liberalis & honeſtarum Artium; ratioq; nova ac præcipitata ambiendi ac conſe-
quendi Gradus (ut vocant) ſive Titulos Scholaſticæ dignitatis eximios, in Academiis; quæ quidem hodie uſq; adeò
paſſim invaleſcit, ut pauci reperiantur, qui rectâ viâ, veroq; ordine, in adipiſcendis honoribus, ingenio doctrinæq;
propoſitis, prout Majorum inſtituta laudatiſſima requirunt, progrediantur. Et inprimis quidem malum hoc affli-
git nobiliſſima ſtudia Philoſophiæ; quæ vel penitùs ſpernuntur à pleriſq;, vel certè ſic vulgò tractantur, ut juventus
ſtudioſa, non ex fontibus, ſed rivulis & ciſternis hauſtam qualemcunq; rerum Philoſophicarum notitiam ſufficere ſibi
exiſtimet. Quæ nempe res facit, ut tàm pauci hodie excellant in eo genere; atq; ut illi, qui Magiſtri bonarum
Artium & Doctores Philoſophiæ ſalutari volunt, tanquã fungi, ſubitò naſcantur, & paſſim magno numero, ex publicis Germaniæ Lyceis
prodeant. Laudabili autem Conſilio Majores noſtri, homines ſapientiſſimi, per quoſdam veluti gradus, ſtudioſam juventu-
tem, in percipiendis cognoſcendiſq; Artibus & ſcientiis liberalibus, progredi voluerunt; propterea quod viderent ac probè intelligerent, non
poſſe Tyronem, ſine certo ordine, niſi cum magno ſuo damno, temporiſq; ac ſumtuum irreparabili jacturâ, in literarum & Artium ſtudiis
verſari. Atq; hinc in ſtudio Philoſophiæ & Artium humaniorum, metam veluti geminam deſignàrunt: quarum una propoſita iis eſſet,
qui poſt percepta prima Artium elementa, tyrocinium quaſi deponere, primamq; in hoc ſtudiorum genere Lauream ambire vellent: Altera
verò illis, qui jam præclaram in hac cognitione operam navâſſent; quiq; & teſtimonio Eruditionis & doctrinæ ornari honorifico, & docendis
inſtituendiſq; aliis præfici cum fructu poſſe viderentur. Quem ordinem ſi quis ex Academicâ juventute contemnit temerè, aut ſuperbè
aſpernatur, eum fruſtrà pœnitebit aliquando ſuæ temeritatis & imprudentiæ, cum recuperandi temporis, erroriſq; corrigendi, nulla jam
ampliùs occaſio erit. Noſtra ſanè Academia, tùm alia ſapientiſſimæ antiquitatis inſtituta, tùm inprimis diſtinctionem bonorum Scho-
laſticorum ac Graduum, quadam propè cum religione, jam inde à primâ fundatione, per annos ampliùs CC. obſervavit: Idq; non ſine in-
cremento magno ſtudiorum liberalium, & famæ celebritate eximiâ. Petitores habuit, tempore ſuperiori, Philoſophicæ Laureæ primæ, non
tantùm juvenes præcipuæ nobilitatis, magno numerò; ſed etiam Barones ac Comites illuſtres, imò ſtirpis celſiſſimæ ac generoſiſſimæ Prin-
cipes; atteſtante id Matriculâ Philoſophicâ. E reliquâ verò juventute, perrarò accidit, ut paucioribus quàm quinquaginta aut ſexagin-
ta, ſæpiſſimè verò pluribus, uno tempore, Gradus ille ſimul conferretur. Eſtq; memorabile inprimis, quod Monumenta publica confirmant,
anno CHRISTI MDV. æſtivo ſemeſtri, CENTUM Baccalaureos & UNUM, unâ vice, in hac ipſa Scholâ, more ſolenni, renunciatos fuiſſe.
Poſterioribus verò annis, tametſi nonnihil, vitio temporum, evileſcere, apud ingenia præſertim faſtidioſa, Gradus inferior ille cœperit;
nunquã tamen in hac Scholâ Philoſophica uſq; adeò ſterilis à Candidatis, ullus præteritorum annorum fuit, ut non Petitores Adoleſcentes ho-
neſtiſſimos, in conſpectum Academiæ, mediocri numero, produxerit. Atq; ut benè ominemur Academiæ noſtræ etiam in poſte-
rum, proventus Scholæ Philoſophicæ uberrimus, hoc ipſo jam anno cauſam præbet; quo [illegible] majorem, à centum annis, hæc Univerſitas
non vidit; ſi unum excipias An. MDXLVIII. qui, Decano Georgio Joachimo Rhe[illegible] Mathematico id temporis celeberrimo, nume-
rum hoc tempore noſtrum, denario ſuperavit. Sed de numero nos magnopere ſolicit[illegible] oportet; Modò ij, qui ſe Candidatos Philoſo-
phiæ & Opt. Artium profitentur, ea, quemadmodũ par eſt, religioſæ pietatis, virtuti[illegible]rinæ præbeant indicia, ut dubitari non poſſit,
ipſorum operam olim Eccleſiæ CHRISTI Reiq; publicæ fructuoſam & ſalutarem fore, [illegible]uam quidem de ſe ſpem & expectationem pul-
cherrimam concitârunt hoc ipſo tempore, honeſtiſſimi Adoleſcentes illi, quorum ſubſcr[illegible]xtant nomina, N°. quatuor & quadraginta:

GOTTFRIDUS Weinrich Lipſienſis.
CASPARUS Schacher Lipſienſis.
CONRADUS Sorge Lipſienſis.
MARTINUS Schmuck Lipſienſis
LAURENTIUS Franck Lipſienſis.
CORNELIUS Becker Lipſienſis.
JOHANNES VVERNICIUS Sceudicenſis.
MICHAEL Sorge Lipſienſis.
CHRISTIANUS Bauman Torgenſ.
MATTHÆUS Ströer Chemnicenſ.
LAZARUS Walther Cygnæus.
CONSTANTINUS Walther Cygnæus.
JOHANNES VVENCELIUS Lipſienſ.
FRIDERICUS LEUBNITIUS Altenburgenſ.
GEORGIUS Birner Döbelenſis.
VVENCESLAUS Wallenburgk Lucenâ-Miſn.
CHRISTOPHORUS Schnetter Lipſienſ.
JOHANNES Zeidler Luſatus.
GEORGIUS Gölner Penicenſis.
BALTHASAR Großkopff Carinthus.
Paulus Heupt Mutinenſis.
JACOBUS LOSSIUS Dippoldiſſylvanus.
JOHAN-STE[illegible]S VERBESIUS Labaco-Cranus.
JEREMIAS P[illegible]rnenſis.
GEORGIUS [illegible] Liechtenſteinenſ.
ANDREAS CRUSIUS Miſnenſis.
PETRUS Schütz Martiſpurgenſis.
JOHANNES VVOLNERUS Valle Joachimicus.
JOHANNES SENSIUS Cizenſis.
NICOLAUS Weber Grimmenſis.
ANDREAS Ellrich Sangerhuſanus.
CHRISTOPHORUS HALECIUS Biſchoffsvverdenſis.
GEORGIUS Müller Tſchopenſis,
MICHAEL Eulenau Torgenſ.
DAVID Faber Torgenſ.
PETRUS BENIGNUS Müller Oderanus.
ZACHARIAS ANTONIUS Saltzungenſ. Fr.
CHRISTIANUS Graul Arterianus.
JOHANNES Grumbach Meinungenſ. Fr.
ANDREAS TAMITSCHIUS Labaco-Cranus.
THOMAS Kempffer Baudenſis Miſnicus.
ANDREAS Hoffman Radebergenſis.
GEORGIUS Zölner Merſburgenſis.
JOHANNES THOMAS Graff Mariſfeldenſ. Fr.

Hi quippe ſecuti hactenus ſunt doctrinæ & ſtudiorum ordinem eum, quem Leges & Statuta Communitatis Philoſophicæ præſcribunt; atq; hoc
tempore ſuos, tàm in Pietatis, quàm Opt. Artium & Philoſophiæ ſtudio, progreſſus, cenſuræ noſtræ atq; judicio, ſpe conſequendæ primæ Lau-
reæ, more ac conſuetudine uſitatâ ſubjecerunt. Quos ipſos propterea (quoniam & eruditionis non contemnendæ ſpecimen ediderunt, & piè
honeſteq; tranſactæ vitæ teſtimonium habent) compotes ſui voti faciemus; primoq; illo, quem expetunt, dignitatis Scholaſticæ titulo ho-
neſtiſſimo, Majorum more, ornabimus, σὺν θεῷ, die craſtino, horâ VIII. matutinâ. Quia verò Actum illum Philoſophicum, cum
aliquâ ſolennitate conjunctum eſſe cupimus; officij ratione hortamur univerſos ac ſingulos, tàm Magiſtros bonarum Artium, quàm doctri-
næ eruditæ ſtudioſos Adoleſcentes, ut dicto tempore in Acroaterio Philoſophico hujus Collegij frequentes conveniant, ſuaq; præſentiâ Schola-
ſticam hanc Panegyrin cohoneſtent. Quòd ſi etiam ex ſuperioribus Facultatibus honoratiſſimis, in gratiam ſtudiorum Philoſophiæ, & hono-
rem Candidatorum, adeſſe aliqui volent, horum benevolentiam magnopere prædicabimus, illiſq; noſtra viciſſim, ubicunq; ſe dederit occaſio,
ſtudebimus pro virili declarare officia. P P. die V. M. Martij, Anno CHRISTI M.DC.XIX.

LIPSIÆ, EXCUDEBAT FRIDERICUS LANCKISCH.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67086-p0005-6

DECANUS COMMUNITATIS STUDII BONARUM ARTIUM IN ACADEMIA LIPSIENSI.

INter alias peſtes ſtudiorum ac remoras exitioſas, quarum hoc ſanè ſeculum feraciſſimum eſt, non poſtrema aut minima judicari debet, contemtus doctrinæ liberalis & honeſtarum Artium; ratioq; nova ac præcipitata ambiendi ac conſequendi Gradus (ut vocant) ſive Titulos Scholaſticæ dignitatis eximios, in Academiis; quæ quidem hodie usq; adeò paſſim invaleſcit, ut pauci reperiantur, qui rectâ viâ, veroq; ordine, in adipiſcendis honoribus, ingenio doctrinæq; propoſitis, prout Majorum inſtituta laudatiſſima requirunt, progrediantur. Et inprimis quidem malum hoc affligit nobiliſſima ſtudia Philoſophiæ; quæ vel penitùs ſpernuntur à pleriſq;, vel certè ſic vulgò tractantur, ut juventus ſtudioſa, non ex fontibus, ſed rivulis & ciſternis hauſtam qualemcunq; rerum Philoſophicarum notitiam ſufficere ſibi exiſtimet. Quæ nempe res facit, ut tàm pauci hodie excellant in eo genere; atq; ut illi, qui Magiſtri bonarum Artium & Doctores Philoſophiæ ſalutari volunt, tanquā fungi, ſubitò naſcantur, & paſſim magno numero, ex publicis Germaniæ Lyceis prodeant. Laudabili autem Conſilio Majores noſtri, homines ſapientiſſimi, per quoſdam veluti gradus, ſtudioſam juventu-
tem, in percipi … intelligerent, non
poſſe Tyronem, … & Artium ſtudiis
verſari. Atq … propoſita iis eſſet,
qui poſt percep… vellent: Altera
verò illis, qui j… ifico, & docendis
inſtituendiſq; a… erè, aut ſuperbè
aſpernatur, eu… gendi, nulla jam
ampliùs occaſio… m bonorum Scho-
laſticorum ac G… Idq; non ſine in-
cremento magn… ureæ primæ, non
tantùm juvenes præcipuæ nobilitatis, magno numero, ſeu etiam Barones ac Comites … neroſiſſimæ Principes; atteſtante id Matriculâ Philoſophicâ. E reliquâ verò juventute, perrarò accidit, ut paucioribus quàm quinquaginta aut ſexaginta, ſæpiſſimè verò pluribus, uno tempore, Gradus ille ſimul conferretur. Eſtq; memorabile inprimis, quod Monumenta publica confirmant, anno CHRISTI MDV. æſtivo ſemeſtri, CENTUM Baccalaureos & UNUM, unâ vice, in hac ipſa Scholâ, more ſolenni, renunciatos fuiſſe. Poſterioribus verò annis, tametſi nonnihil, vitio temporum, evileſcere, apud ingenia præſertim faſtidioſa, Gradus inferior ille cœperit; nunquā tamen in hac Scholâ Philoſophica usq; adeò ſterilis à Candidatis, ullus præteritorum annorum fuit, ut non Petitores Adoleſcentes honeſtiſſimos, in conſpectum Academiæ, mediocri numero, produxerit. Atq; ut benè ominemur Academiæ noſtræ etiam in poſterum, proventus Scholæ Philoſophicæ uberrimus, hoc ipſo jam anno cauſam præbet; quo… m majorem, à centum annis, hæc Univerſitas non vidit; ſi unum excipias An. MDXLVIII. qui, Decano Georgio Joachimo Rhe… Mathematico id temporis celeberrimo, numerum hoc tempore noſtrum, denario ſuperavit. Sed de numero nos magnopere ſolicit… n oportet; Modò ii, qui ſe Candidatos Philoſophiæ & Opt. Artium profitentur, ea, quemadmodū par eſt, religioſæ pietatis, virtutis… rinæ præbeant indicia, ut dubitari non poſſit, ipſorum operam olim Eccleſiæ CHRISTI Reiq; publicæ fructuoſam & ſalutarem fore, … uam quidem de ſe ſpem & expectationem pulcherrimam concitârunt hoc ipſo tempore, honeſtiſſimi Adoleſcentes illi, quorum ſubſcr… xtant nomina, N°. quatuor & quadraginta:

GOTTFRIDUS Weinrich Lipſienſis.
CASPARUS Schacher Lipſienſis.
CONRADUS Sorge Lipſienſis.
MARTINUS Schmuck Lipſienſis
LAVRENTIUS Franck Lipſienſis.
CORNELIUS Becker Lipſienſis.
JOHANNES VVERNICIUS Sceudicenſis.
MICHAEL Sorge Lipſienſis.
CHRISTIANUS Bauman Torgenſ.
MATTHÆUS Ströer Chemnicenſ.
LAZARUS Walther Cygnæus.
CONSTANTINUS Walther Cygnæus.

JOHAN-STE… S VERBESIUS Labaco-Cranus.
JEREMIAS P… rnenſis.
GEORGIUS … Liechtenſteinenſ.
ANDREAS CRUSIUS Miſnenſis.
PETRUS Schütz Martiſpurgenſis.
JOHANNES VVOLNERUS VallеJoachimicus.
JOHANNES SENSIUS Cizenſis.
NICOLAUS Weber Grimmenſis.
ANDREAS Ellrich Sangerhuſanus.
CHRISTOPHORUS HALECIUS Biſchoffsvverdenſis.
GEORGIUS Müller Tſchopenſis,
MICHAEL Eulenau Torgenſ.